



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Apologia Libri De Reditibus Ecclesiasticis

Azpilcueta, Martín de

Antverpiæ, 1574

Qvonia[m] subsequens S. D. N. Pii Papæ V. Bulla, nondum erat typis excusa,

...

urn:nbn:de:hbz:466:1-40048

QVONIAM subfequens S. D. N. PII PAPÆ V. Bulla, nondum erat typis excufa, quando excudebatur monitum LXXIX. Quæftionis primæ non fuit in eo tenor eius inferus. At quia sub finem excuffionis huius Apologiæ fuit excufa, & illius cognitio atque lectio plurimum eft utilis & neceffaria beneficiariis, ac pensionariis: ideo hic eam duximus fubiiciendam.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

EX proximo Lateranenfis Concilio pia & falubris fãctio emanauit, vt quicumque habens beneficium ecclefiafticum, cum cura, & fine cura; fi poft ſex meſes, quàm illud obtinuerit, diuinum officium, legitimo ceſſante impedimento, non dixerit beneficiorum fuorum fructus pro rata, omiſſionis officij & temporis, ſuos non faciat, ſed eos tãquam iniuſte perceptos; in fabricas ipſorum beneficiorum, vel pauperum elemoſynas erogare teneatur. Veruntamen multorum animi ſuſpenſione tenentur, cuiuſmodi rata prædicta ratio ſit habenda. Nos huic reuidentius atque expreſſius providere volentes: Statuimus, vt qui horas omnes Canonicas vno vel pluribus diebus intermiſerit, omnes beneficij ſeu beneficiorum fuorum fructus, qui illi vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie diuiderentur: qui verò matutinum tantum, dimidiam: qui ceteras omnes horas, aliam dimidiam: qui harum ſingulas, ſextam partem fructuum euſdem diei amittat: tãmetſi aliquis choro addictus non recitans omnibus horis Canonicis, cum alijs præſens adſit, fructusque & diſtributiones fortè aliter assignatas, ſola præſentia iuxta ſtatuta, conſuetudinem, fundationem, vel alias ſibi lucrifeciſſe prætendat: Is etiam præter fructuum, & diſtributionum amiſſionem: Item, ille qui primis ſex meſibus officium non dixerit, niſi legitimum impedimentum ipſum excuſauerit, graue peccatum intelligat amiſiſſe. Declarantes præſtimonia, præſtimoniales portiones, & qualiacumque alia beneficia, etiam nullum omnino ſeruitium habentia, obtinentes, cum prædictis pariter contineri. At quicumque penſionem, fructus, aut alias res ecclefiaſticas vt clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium, patuum Beatae Mariae Virginis decernimus obligatum; & penſionum, fructuum, rerumque ipſarum amiſſionem obnoxium. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, declarationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autè hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, Apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingentefimo ſeptuageſimo primo, Duodecimo Kalend. Octobris. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

PROPVGNA-